



~~PAVLVS ab EITZEN~~

Viventes morimur, morientes vivimus, ergo  
Vive memor mortis, mortenij paucescere nobis.

Vita malis plena est, pia mors, preciosa ges est.

Vitam mors segregat: sed mortem vita peata.

Mors nobis lucrum, quia vita est Christus Iesus

D. Bernhardy

Mors piorum est finis malorum, et via ad vitam

D. a. 18

OVR

X  
~~20.7.915.~~

00 sc.

e

IAVRI,  
NVM.

IAC. TYPOTII.

Fmo.

FMP. RODOLPHI  
II.



Halle Saxonum.

Typis Pauli Greberi,  
ANNO M. D. XCVIII.

ILLVSTRI DY-  
NASTÆ D. RVMPHIO  
SACRI CÆSAREI PA-  
latij Magistro, Primario &  
Confiliario in-  
timo.

JAC. TRYPOTIUS S. P. D.

Aurinum meum ti-  
bi dedico. Oratio TVRCICA se-  
ptima est. Quas obseruantiae meæ  
primitias si probaris; sequetur ve-  
terior victima. Pietatis fructum  
alium non peto: quam ut sollicitudines meas  
Turcicas, Imperatori commendes: & sicut i*su* b*u*  
quod vel sollicitudinis, vel ingenij ritum, ins-  
conditæ, tui gratia condias. Vale Hale Saxo-  
num. Anno salutis nostræ I 558, Martij 290  
quo die lætissimum nuncium accepimus.

ANNO 1558  
MARTII 290

IURINUM.

VID? nūm aut mens  
mea me ? aut fallo vos  
ego? Dixi, imò iam diu  
prædixi fore superiorē  
pietatem nostram & virtutem, im-  
pietas & temeritate Iurcarum.  
Nam si pietas felicitate, vires  
eventu deonitur, quæ quam vera  
non dispiuto, sed vulgo recepta sen-  
tentia est; vicimus Christiani, ex  
quo Iurinum receperant vera vir-  
tute Cælariani. quod Barbari no-  
bis nec præripuerant ingenio, nec  
cripuerant fortitudine, aut bellica  
vi. Non describo propugnaculum  
natura loci & opera hominum, to-  
tius Pannoniæ munitissimum. Nec  
fossam mergo nec vallum excito:  
nec muros munio: nec machi-  
nas numero: nec pilas pondero:  
nec pulverem nitratum metior.  
Co?ant, per me licet, hospitales  
non hostiles amplius fluvij. Non

A 2 divisor

I A V R I N V M :

divortium aquariū facio : nec con-  
fluentiam dissipō. Arx recepta est  
**Christiani**, quam recipi posse ne-  
gabant parum Christiani. nihil ali-  
ud dico: hinc enim liquet, quanti  
æstimanda sit æmolorum iudicio.  
Recepta arx est Christiani: de qua  
etiam desperabant Christiani quid  
enim cœlem vos, vilitatem animo-  
rum ? Recepta est. toties vtor ea-  
dem voce, in tanta rerum copia.  
quod recepta sit à nostris, non em-  
ta, vt a Turcis. Et neget mihi ali-  
quis recipi posse, quod a Turcis se-  
mel captum sit ? Ego eadem voce  
ſapius vtor. Quanquam enim lau-  
rinum magni, quæ magna nostro-  
rum spes, par Turcarum terror, vt  
par est, faciam; pluris facio sic re-  
ceptam, quam receptam esse. Re-  
cepta enim est non fallacibus indu-  
ciis, non mercede corruptis hosti-  
bus, nec fortuna, nec necessitate.  
quæ evenire varia, varijs momen-  
tis

*LAURINVM.*

tis solent ; sed audacia ingenio ad-  
iuta est, & ingeniosa audacia arx,  
victis stratis , cæsis Barbaris rece-  
pta est. Habet igitur Cæsar victo-  
riam non modò præclaram , sed &  
perpetuam, nec expugnatā vnam  
solum arcem, sed ferociam Turca-  
rum , & opinionem nostrorum, va-  
nam quidem , sed alte multorum  
animis insitam de virtute, sic enim  
feritatem appellant, Barbarorum.  
Vicerunt enim fortitudine Cæsa-  
riani Turcas : & quod minoris non  
facio, ingenio vicerunt. deleruntq;  
indelebilem pæne maculam Agria  
capta acceptam, cum acie victores  
præda & in præda victi sunt. Stra-  
tegema enim illud erat , multis  
olim ducibus usurpatum. Sed fini-  
re me vulnus adhuc recens memo-  
ria , silentio obducere. Ingenium  
enim reflorescit novo pæne consis-  
lio & Turcis inopinato: restitue-  
turq; Agria corpori propediem ju-  
ste, a quo iniuste avulsa est. Divi-

A . 3              natio,

IAVRINVM.

nationis mihi meæ rationes constant. Nihil nos hæc tenus i a ter-  
ruit, atq; opinio temerè concepta,  
de nostra mediocritate, & præpol-  
lentibus opibus Barbarorum. Ac-  
cedebat stulta quædam & quidem  
plane stulta persuasio, de pruden-  
tia Turcarum & dexteritate inge-  
nij. Barbaros ut belluas exultare  
virium fiducia : & quæ impuden-  
tia stultitiae est, ingenij laudem sibi  
vincicare, ridendum potius, quam  
admirandum. Nos ita de Barbaris  
sentire imò confusos animis cum  
Barbaris Turcis delirare, hoc tam  
plorandum erat, quam non tole-  
randum. Nec tulit Deus, sed extu-  
tulit Cæsarem, & statuit non mo-  
dò viribus & lacertis militum, ve-  
rum etiam consilio militari & in-  
genio superiorem, stultè ferocien-  
tibus Barbaris. Vindicata ingenio-  
rum & virium nostrarum præstan-  
tia , ab opprobrio nostrorum &  
Barbarorum, reliqua erūt, Deo be-  
ne,

## FAVRINVM.

ne, ut cepit, juuante proclivia. ve-  
lint modò, quorum salus a laude  
Imperatoris dependet, pro Imperio  
ijs animis arna capere, quos ne-  
cessitas etiam nolentibus imperat:  
ut Imperator desinat ad communia  
nionem gloriæ & salutem patriæ,  
exemplo magis & præclaro ausu,  
quam oratione, aut edicto, quos  
debet, allicere & cohortari. Mina-  
batur non diu est Turcarū Tyrann-  
us oblidionē, imò expugnationē  
Viennæ, vastitatem Italiam, servitu-  
tem Germaniæ. &, ut insolens est  
& valetus animo, superabit, si poterit  
minas. Nos nec minis movemur:  
nec apparatu terremur, nec cladem  
horrebitur. Sed velut bellū modū  
sciret, aut Imperator belli habere  
finem in potestate; subsidiū modicū  
& biennale decernimus, quasi Im-  
peratoris modò res agatur, & non  
totius Imperij pericitaretur salus.  
Cum ipsis minas, faces, ferrum,  
compedes, exitū oportuerit in ipſū

A 4 Ty.

I A V R I N V M.

Tyrannum convertere: avertere  
belli calamitatem in Tyranni pro-  
vincias & quod minatur Viennæ,  
Byzantio intentare. Arcemus ha-  
etenus vim modò: & quoniam ar-  
cemus modò, non arcemus. Si ipsi  
vim inferremus Barbaris, non pro-  
pulsaremus tantum illatam; aliis  
foret, ac longè alacrior animorum  
habitus. Diversum autem & meli-  
orem habitum animorum, longè  
alia & melior sequeretur rerum  
conditio. Non est fortuna, licet  
eam pleriq; criminemur, quæ pec-  
cat. Peccatum horum est, qui ani-  
mos fortunæ non adæquant; sed  
aut gravant ipsi, aut gravantur  
sorte. Et erat, quod impressionem  
in hosticum temere miles non fa-  
ceret: quod vix constaret sibi in  
pacato, dominante opinione illa  
tætra & horrenda in animis licet  
robustis: quam confirmabat occu-  
patio claustrorum imperij verius,  
quam propugnaculorum Panno-  
niæ:

## I A U R I N U M .

niæ : & in nostra victoria , mutatis  
repente rebus , victoria Turcarum .  
Cum autem Laurinum nostrum sit ,  
nec antè prædam nostri invaser-  
rint , quam arcem cæsis hostibus  
occuparint ; restituta militaris dis-  
ciplina & gloria est , non alterum  
modò imperij claustrum . & ægrè  
retinebunt Agriam Barbari ; si nos  
fanī ad rem accedimus . non divisi  
animis , non discrepantes consili-  
is ; sed uno duce rem geremus .  
Non me fugit , ut pluribus ostiis ,  
per divortia , idem fluvius in mare  
influit , & se exonerat ; ita Barba-  
rum colluviem illam latronum nō  
militum in alios atq; alios diffun-  
dere , ut vires nostras distrahat , &  
distractis divulsisq; veluti corporis  
eiusdem membris , aut caput , aut  
cor invadat . imò , quod consilium  
Barbarorum neminem nostrum la-  
teat , consultum est , vel partium  
discrimine , totum sub imperio v=  
nius , cui reliqui duces pareant ,

A 5              con-

## IAYRINVM.

conservare, & præcipua totius  
membra adversus defendere vim  
Barbarorum. Mederi enim reliquis  
partibus, incolam toto corpore, li-  
cabit in tempore & juvabit. Sanos  
optabam ad continua vici-  
riam accedere. Hic enim videntur  
partibus affectis, quod toti Reip.  
non exerto tamen, sed & inter-  
cute morbo laboranti, auxiliares  
posse manus afferre. Sed video  
consecratos magis aut eos, quam  
mentem ea, tos. Hoc enim inter ges-  
tulantum Imperatori victoriam  
inxpectatam, memorabilem, &  
agenitum gratias Deo, diversas &  
gratas voles audire est. Venier,  
imò iam venturam force, vindicaturus  
iniurias, delctures ignorantiam.  
nec contentus laetino, Germani-  
am & Italiam invaderet. Impudentes  
non fent, qui haec præfigunt  
iucij acrimona: aut nesciunt ex  
conjunctione & occultis nuncius  
Barbarorum; sed impij atq; se-  
lara-

**LAVERINVM**

Ierati. Si impij non sunt : si sunt  
amantes patriæ : si deniq; qui di-  
cuntur Christiani ; quid propria-  
te, patria, Christo, arma non capi-  
unt ? si arma nequeunt , cur non  
stipendium conferant ? si nec hoc  
possunt , cur non quod possunt, vo-  
tis? aut quibus possunt modis R eimp  
adjuvant ? Nam qui Pannoniæ ter-  
ror, aut miseria est ; eadem miseria  
erit horum , qui iam non terrentur  
terrore & miseria aliorum : si , ve  
vaticinantur, Turca delebit igno-  
miniam : nec enim deletam modò  
ignominiam solum vult ; sed & da-  
letum nomen Christianum simul,  
aut, cum poterit , primum Quan-  
doquidem nec periculi communis-  
one, quod tardet , aut maior sit cu-  
piditas alieni exitij , quam salutis  
suæ; nec salutis admonitione quod  
exitium paciscantur cum pernicie  
æmolorum , deduci possunt à sce-  
lerata pestiferaque sententia ;  
**persilitte vos , quorum melior**  
**mens**

I A V R I N V M.

mens est, in amore erga Deum,  
piccate in patriam, caritate in  
Remp. & cum Imperatore, insistite  
victoriæ vestigiis. Sua istos vitia  
periment. Vos vestra virtus & con-  
cordia, in dignitate vestra conser-  
vabit. & evehet ad decus maiorum:  
imperijque dignitatem consensus  
cum Imperatore, Principum & Ci-  
vitatum, vindicabit à laceratione  
& opprobrio Barbarorum. Deus  
valvas diduxit. en patet via, patet  
inquam, ab Occidentis imperio,  
ad, per strages, cædem, ruinam  
Turcarum ad imperium Orientis.  
Omnis terror, pavor, horror, a no-  
bis in hostes versus. Nos liberi me-  
tu, certi victoriæ: illi horrore con-  
sternati, de imperio desperant.  
Nec apparatus belli, qui circum-  
aures nostras circumstrepit, spes  
Turcarum est; sed ultima despe-  
ratio Tyranni. Itē modò felici  
omine, Principes viri, vere Princ-  
pes, verè viri: & capto Byzantio

XXX-

I A U R I N V M.

triumphantē redite. Magnum nō  
men : via longa : eaq; castellis &  
hostibus infesta. Ita magna laus pa-  
ritur. & ea via Barbari ad nos ve-  
niunt captis castellis. Ignavioresnē  
erunt viri fortis belluis ? Germani  
Turcis ? Itali Barbaris ? liberi ser-  
vis ? Christiani deinq; Mahome-  
tanis ? Qui Iaurinum reddidit  
Christus , reddet Byzantium. &  
quam aperuit, viam complanabit.  
exolvamus nos veteribus tantum,  
& novis obligemus votis. Deus  
enim est filius Dei , qui lenita iusta  
Patris iracundia, principium victo-  
riæ dedit : & per lætos successus,  
finem promittit multō lætiorem.  
Hæc mea spes, vos ante non fecel-  
lit , cum ad Deum præpotentem ,  
ab impotentia hominum provo-  
carem. Bencolorum in posterum  
superabitur opinio. Ita mihi de  
Dei lenitate , & vobis de potentia  
imò præsentia Numinis promitto.  
imò promittit nobis Dynasta  
Svartzen-

I A V R I N V M.

Svartzenburgius ex ipsa arce, for-  
tuna Cæsaris, quam quis iam re-  
quirit? virtute Cæsarianorum quos  
quis iam non laudet? ope Dei præ-  
potentis, de qua quis iam desperet?  
fortiter recepta, crepta ex Turca-  
rum manibus, vindicata ab iniu-  
stissimo possessore & immani Ty-  
ranno in avitam possessionem Im-  
peratoris. Promittit nobis, quocum  
ille meritas laudes communicat,  
Dominus Palfius, in omnem occa-  
sionem rerum fortiter feliciterq;  
gerundarum semper intentus. Cui  
si quando oportunitas defuit, nun-  
quam animus, nunquam contili-  
um, nunquam dextera vindex ius-  
juriarum defuit. Promittunt nobis  
socij & fæderati omnes: concurre-  
re enim ad gloriam per stragem  
suam & hostilem omnes, Germa-  
ni, Itali, Hunni, quibus vos non mis-  
ceo, populares mei Belgæ: ut vos  
seorsim spectent populares nostri:  
quorū pœnæ quæ ingloria gloria est

ac

## TAVRINUM.

ac clades, imo turpior, si in bello  
civili ferior est, qui vincit Promis-  
tit tebis deoq[ue] vidi Deus, canus  
glossa, trophyum ac triumphus  
est: qui n[on] a l[ib]eris, fact. m[od]o non  
est, quod humanum constitutum  
superat. id est spendi, audacia &  
noitrorum excedit, & animos inge-  
fregit, spem convulsi poterat  
am. opes, vires labefacta-  
vit Barbarorum.

## FINIS.









52 <sup>6</sup>  
k, 2

AB 57/12

X 219 9765

Sb.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Yellow

Green

Cyan

Blue

四〇

I

IA

3 M

T

A vertical ruler scale with markings every 1/8 inch. The numbers are labeled from 1 to 8. The word "Inches" is written vertically next to the scale.

# Farkarte #13

Green Yellow

Cyan

Blue

